UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Aragoniae In Hispania Anno Christi MLXII. celebratum tempore Alexandri papae II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

Visual Library

Vltio diuina, populi Cadaloe ruina,
Te manet, vt diro medium tranſuerberet ictu.
Altipetax Simonem ſequeris Simon aſtra petentem?
Te quoque Tartareus ſimul abſorbebit hiatus.

ANNO CHRISTI 1062.

[a] CONCILIVM ARAGONIÆ IN HISPANIA ANNO CHRISTI MLXII. celebratum tempore Alexandri papæ II.

NOTA.

Tempus & acta Concilii.

[a] *Concilium.*] Septimo Kalendas Iulii in Hiſpania apud ſanctum Ioannem Rupenſem ſub Ramiro rege eſt celebratum Concilium, multique epiſcopi in eodem congregati fuerunt. Quid autem in eodem ſtatutum ſit, nihil reperimus, niſi vt Aragonii epiſcopi ſumerentur ex monaſterio ſancti Ioannis, quod antea per regem Sancium fuerat inſtitutum. De huius inſtitutione Concilii habentur acta in commentariis rerum Aragonenſium apud Hieronymum Blacam, quæ incipiunt: *Reſidente glorioſo principe*, &c. Vid eBaronium anno 1062. numero 120.

ANNO CHRISTI 1063.

[a] CONCILIVM ROMANVM I. CENTVM ET AMPLIVS EPISCOPORVM occaſione Petri Florentini epiſcopi de hæreſi & ſimonia accuſati aduerſus ſimoniacos celebratum anno Domini MLXIII. tempore Alexandri papæ II.

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei omnibus epiſcopis catholicis, cunctoque clero & populo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

VIGILANTIA vniuerſalis eccleſiæ regiminis aſſiduam ſolicitudinem debentes omnibus quæ in Conſtantiniana Synodo nuper celebrata coram centum amplius epiſcopis, licet nobis immeritis præſentibus, ſunt canonice inſtituta, vobis notificare curamus, quia ad ſalutem veſtram executores eorum vos eſſe optamus, & apoſtolica auctoritate iubendo mandamus.

CAPITVLA.

I.

Primo namque inſpectore Deo, ſicut a ſancto papa Leone,